Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

Labhominatio: Quid significant hec omnia: nisi consciam stupri &
Amorem minime uirginalem. Errant plane: cur tantum pro tam fi
deli iuuene susciperet: qui amanti nouercae obsequium pnegar &:

Hoc loco refellendi sunt & hij: qui deos ex hominibus esse factos
non tantum fatentur: sed ut eos laudent: & gloriantur: aut
uirtutis gra: ut herculem. aut munerum: ut Cererem ac libe
rum: aut artium reptarum: ut esculapium: aut mineruam. Hec vero
q̄ inepta sint: q̄q; non digna. pp quae homines inexpiabili se scelere con
taminet: hostesq; deo vero fiant: quo contempto mortuorum sacra sus
cipiunt: ex singulis rebus ostendam: virtutem esse dicunt: quae hoi
nem tollat in caelum: non illam: de qua phi disserunt: quae posita est
in bonis animi: sed hanc corporalem: quae dicitur fortitudo: Quae qn̄
praecipua in hercule fuit: inmortalitatem meruisse creditur: Quis
tam stulte ineptus est: ut corporis uires diuinum uel & humanum
bonum iudic &: cum sint & maiores pecudibus attributae & uno
modo saepe frangantur: uel ipsa senectute minuantur et corruant:
nec sanari se voluit: nec semen fieri: ne qn̄ seipso minor aut defor
mior uideretur: Hunc ergo quo uiuum se ipsum cōbusserat: ascē
disse in caelum putauerunt: eaq; ipsa: que stultissime sunt admirati:
simulacris & imaginibus expressa & consecrata posuerunt: ut ippe
tuum vanitatis illorum monumenta pstarent: qui ob necem bestia
rum deos fieri credidissent: Sed haec fortasse graecorum culpa sit: qui res
leuissimas pro maximis semper habuerunt: Quid nostri: Num sa
pientiores: qui athleticam quidem uirtutem contempnunt: Qua
in his obest: sed regiam: quia late solet nocere sic admirantur: ut fortes
ac bellicosos duces in deorum coetu locari arbitrentur: nec esse ullā
aliam ad inmortalitatem uiam: q̄ exercitus ducere: aliena vastare: delere
urbes: opida excidere. liberos. pupillos. aut trucidare: ad aut subicere
seruitutiui delicet: quo plures homines afflixerint: spoliarint. occide
rint: eo se nobiliores & clariores putant: & inanis gloriae spetie capti sce
leribus suis nomen uirtutis imponunt: Iam mallem: ut a ferarū ce
dibus deos sibi fingerent: q̄ inmortalitatem tam cruentam probarent:
Si quis unum hominem iugulauerit: pro contaminato ac nephar
rio hētur: nec ad terrenum hoc domicilium deorum admitti fas putat
Ille autem: qui infinita hominum milia trucidauit: cum cruore cā
pos inundauerit: flumina infecerit: non mō in templum: sed &
in caelum admittitur: Apud ennium sic loquitur affricanus: Si



·XVIII·

Causa deorū ex hoībꝰ factorum triplex.

Virtus